Nos Felix advocatus, vnacum septem scabinis [illegible] Stanislao Pistore, Alberto Subasz, Mathia Stigario, Gregorio Carnifice, Cristoforo alias Crzistan Sartore et Petro Pyerzynmutha, Civitatis Wyelicza. Tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris deducimus ad noticiam. Recognoscimus. Quomodo feria secunda proxima post festum [illegible] Philippi et Jacobi apostolorum, Iudicio bannito et legali per nos habito et celebrato, Cui in loco consweto secundum consuetudinem pro iusticia vniuicuique facienda et reddenda iuxta formam Juris Meidenburgensis presidebamus. Coram quo Iudicio partes infra descripte videlicet Anthonius [illegible] Concivis noster actor et honesta domina Ursula relicta olim bone et dive memorie Iohannis Bankel, Rea parte ab altera, per ipsum [illegible] legittime citata et vocata comparentes. Tunc ipse Anthonius actor per Tutorem suum Swaszek, querela et proposicione sua in et contra honestam Ursulam, Iohannis Bankel Relictam, partem ream proposuit in hec verba dicens: Domine Advocate et domini scabini propono, quod domina Ursula Banklowa bona hereditaria videlicet domum ipsius Anthonii penes Pretorium iacentem ex vna et penes domum [illegible] Dorothee [illegible] tenet et possidet contra deum et iusticiam. Que domus in eum Anthonium post patruum suum dominum Iohannem prepositum hospitalis Ecclesie Sancte Crucis in Wyelyczka site spectat et pertinet tamquam ad propinquiorem secundum librum et inscripcionem actorum dominorum scabinorum, Atque pro isto me reffero et traho ad librum vestri Iudicii Banniti. Super quam proposicionem Anthonii actoris Mathias Maszynk tutor domine Banklowa partis ree stans et intendens ab ipso actore affectavit et postulavit satisdacionem als [illegible], quam satisdacionem ipse Anthonius actor per se fecit. Super quam satisdacionem Mathias Maszynk tutor dicte domine Ursule Banklowa memoriale als Gedenkzettel posuit. Respondendo ad proposicionem Mathias Maszynk tutor Ursule Banklowa partis adverse et ree respondit dicens: Domine Advocate et domini scabini, domina mea Ursula Banklowa domum suam penes pretorium iacentem ex vna et domum domine Strzithmyczka parte ab altera, post maritum suum dominum Iohannem Bankel tenet et possidet. Quam domum Magnificus dominus Nicolaus Seraphin Gladifer terre Cracoviensis ac Dawszce salis zupparius domino et marito suo in certa pecuniarum summa inscripsit, obligavit et commisit, et in eandem domum intromissionem dedit. Et pro isto domina mea Ursula se reffert et trahit ad librum scabinorum vestri Iudicii Banniti. Et ulterius domine Advocate et domini scabini ultra hoc ex superhabundanti unam in Iudicium Bannitum produco, pono et do iudicialiter litteram olim Magnifici domini Nicolai Seraphin Gladiferi terre Cracoviensis et utriusque salis zupparii in pargameno scriptam sub titulo et sigillo suo subappenso. Que litera concordat se cum notis, inscripcionibus et libro scabinorum, et etiam in se dicta litera plenius et clarius summam pecuniarum continet, nominat, explicat et notificat. In qua summa pecuniarum dicta domus penes pretorium iacens, marito suo Iohanni Bankel est inscripta, obligata et per sepefatum dominum Magnificum Nicolaum Seraphin data. Etiam domine advocate et domini scabini unam in Iudicium Bannitum literam dominorum Consulum presidentis et sessi Consulatus Civitatis Wyelyczka produco, do et pono, que testificatur et testatur quod tamquam dicta domus penes pretorium fuit domini Iohannis prepositi, patrui ipsius Anthonii, sed spectat et spectabat, pertinebat quoque ad Magnificum dominum Nicolaum Seraphin successione paterna, ad quam litteras domine advocate et domini scabini me reffero et traho. Post cuiusmodi responsionis tenorem, stans Swaszek tutor sepefati Anthonii actoris postulavit, affectavit et dicens: Domine advocate et domini scabini postulamus et affectamus als [illegible], ut liber dominorum scabinorum vestri Iudicii Banniti nobis aperiatur et inscripcio pro parte mea tanens legatur. Etiam Mathia Maszynk ipsius domine Banklowa tutore horum ex adverso petente et affectante, ut liber dominorum scabinorum etiam eis aperiatur et inscripcio in libro contenta et litere in Iudicium Bannitum per ipsam partem ream producte, date et posite pro ipsa parte rea tanentes legi demandentur et committentur. Nos itaque attendentes quod iusta petentibus assensus non est denegandus. Ea propter proposicionibus, responsionibus et allegacionibus partium predictarum hinc inde iudicialiter per eos factis et obiectis auditis, ad instanciam predictarum partium omnes notas, inscripciones in actis et libro scabinorum Iudicii Banniti contentas et contenta necnon litteras et munimenta Magnifici domini Nicolai Seraphin Gladiferi terre Cracoviensis ac utriusque salis zuppar[ii] et dominorum Consulum Wyeliczensium per ipsam Banklowa partem ream productas, datas et in Iudicio bannito oblatas legi voce intelligibili alta et sonorosa fecimus et mandavimus. Et primo notam et inscripcionem ipsius Anthonii actoris, quam inscripcionem dictus Anthonius allegabat et dicebat post patruum suum dominum Iohannem prepositum hospitalis in Wyelyczka ad dictam domum penes pretorium in circulo iacentem propinquitatem se habere, legi iussimus. Cuius tenor sequitur in hunc modum: Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio feria secunda proxima post conductum Pasce Iudicium bannitum per Paulum Pistorem vice advocatum et Iuratos Nicolaum Rotifitem, Benedictum Malorzik, Mathiam Sartorem, Mathiam Soltisz, Nicolaum Czayka, Iohannem Closzko, Nicolaum Fiolek fuit legittime celebratum. Mathias Sartor, Mathias Szoltisz et Fiolek Iurati et scabini recognoverunt personaliter coram Iudicio. Quia dominus Iohannes prepositus de hospitali Ecclesie Sancte Crucis in Wieliczka site cum effectu et realiter satisfecit in septuaginta marcis coram advocato et easdem septuaginta marcas reddidit Nicolao Strzithmyczky pro domo sita penes pretorium ex vna et inter domum Przeloszowycz. Et idem Nicolaus Strzithmyczky eandem domum predicto domino Iohanni et eius successoribus libere et benivole, non compulsus nec coactus resignavit et commisit perpetue et libere possidendam, habendam, tenendam et in vsus suos convertendam. Post cuiusmodi inscripcionis ipsius Anthonii pronunciacionem, Etiam inscripcionem ipsius Banklowa partis ree iussimus promulgari. Cuius tenor talis est: [illegible] domini infrascripti Consules coram Iudicio Bannito recognoverunt, videlicet dominus Paulus Snopek, Nicolaus Woda, Nicolaus Crkwalicz et Paulus Spensator coram scabinis et advocato recognoverunt. Quia dominus Nicolaus Seraphin zupparius utriusque salis recognovit. Quia domum suam sitam penes pretorium Nobili domino Nicolao Strzithmyczky pro septuaginta marcis vendiderat et nullam resignacionem sibi fecit, quas septuaginta marcas vicecersa predicto domino Nicolao Strzithmyczky per officialem suum videlicet dominum Iohannem prepositum Ecclesie hospitalis [illegible] vicezupparium sibi egresso restituit et nullam inscripcionem a modo alteri fecit nec prefato Nicolao Strzithmyczky, et cum hoc ipsi domino suam commisit [illegible] Iohanni Bankel. Sequitur quoque tenor literarum per ipsam partem ream iudicialiter productarum. Et primo tenor litere Magnifici domini Nicolai Seraphin est talis: Nos Nicolaus Seraphin Gladifer Cracoviensis salis utriusque zuppar[ius] Recognoscimus tenore presencium. Quomodo visa fidelitate et constancia ac benivolencia Nobilis Iohannis Bankel, servitoris nostri, Civitatis Wyeliczensis, ac etiam suorum beneficiorum, quibus nobis complacuit et nunc complaceat, pro nobis nonnullis hominibus certas summas pecunie fideiubendo et signanter domino Iohanni [illegible] Civi Cracoviensi Mille quadringentos florenos vngaricales et quampluribus aliis hominibus, pro quorum debitis ipse [illegible] predictus Iohannes Bankel damna non modica sustenuit et passus est. Quare propter huiusmodi suam fidelitatem et damna, que pro nobis sustinuit et nunc sustinet, domum nostram in Wieliczka in circulo penes pretorium in septuaginta marcis pecunie obligamus et inscribimus, omnes et singulos successores nostros ab eadem domo alienando, prout etiam coram Consulibus in libro Civitatis Wieliczensis fecimus, ad eandem domum intromissionem dedimus et assignavimus et damus per presentes et assignamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subimpressum. Datum in Wyeliczka feria sexta post Purificacionis Marie virginis gloriose Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto. Demum et postremo tenor litere Consulum est talis: Nos Consules Civitatis Wieliczensis tenore presencium quibus expedit universis et singulis signanter prudentibus viris dominis advocato et Iuratis Iuris supremi Maydeburgensis Castri Cracoviensis Recognoscimus. Quomodo Anthonius pellifex coram nobis et Iudicio Iure bannito actor existens per tutorem suum legittime factum, ordinatum ad hoc et constitutum, in et contra honestam dominam Ursulam relictam olim Bankel notificacionem seu manifestacionem als Szwyavenye fecit, asserens et dicens quod in dicta domina bona hereditaria et domum penes pretorium iacentem, post patruum suum dominum Iohannem prepositum hospitalis in Wyeliczka site Crucis iure acquirere debeo et pro iste [illegible] volo. Que bona hereditaria aliquando dicti domini Iohannis fuerunt, sed semper Magnifici domini Nicolai Seraphin utriusque salis zuppar[ii] ex successione paterna ad ipsum spectabant et pertinebant et fuerunt. Que expost ipse dominus Seraphin ipsi Iohanni Bankel intromissionem commisit et in eandem domum intromissionem dedit als wvyaszanie dal tamquam in bona propria et bona patrimonialia prout [illegible]. Ex Wyelyczka feria quarta proxima post conductum Pasce Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio sub Civitatis sub sigillo. Post quarumquidam inscripcionum et literarum ipsarum partium ambarum coram nobis stancium promulgacionem, pronunciacionem et exposicionem, Mathias Maszynk tutor domine Ursule Banklowa partis ree stans dixit asserens: Domine advocate et domini scabini pono memoriale als Gedenkzettel super hoc quod inscripcio, qua ipse Anthonius ad domum penes pretorium in circulo se dicebat habere propinquitatem, dicit et explicat quod solum tres scabini seu Iurati Mathias Sartor, Mathias Soltisz et Nicolaus Fiolek coram advocato et Iudicio bannito recognoverunt, quod dominus Iohannes prepositus hospitalis coram eis septuaginta marcas Nobili domino Nicolao Strzithmyczky pro domo penes pretorium reddidit et restituit, et eandem domum sibi domino preposito resignavit, ut liber scabinorum dicit et recognoscit. Et inscripcio libri scabinorum sequens, pro ipsa Ursula parte rea tanens et faciens, notificat et dicit, quod dicta domus penes pretorium ipsi Nobili domino Nicolao Strzithmyczky per dominum Seraphin zupparium aut aliquem tutorem suum aut per quempiam nomine [illegible], prout inscripcio libri scabinorum [illegible], fuit sibi resignata. Domine advocate et domini scabini, queso et interrogo in Iure an ista inscripcio ipsius Anthonii, qua ad domum post patruum suum domini prepositi penes pretorium in circulo dicebat se habere propinquitatem, habet robur vigoris et aliquam potestatem, aut si caruerit, tunc ipse Anthonius amisit et perpetue perdidit, et domina mea Ursula se est [illegible] als [illegible]. Queso in Iure quid Iuris est. Nos quoque ambarum parcium visis et diligenter consideratis inscripcionibus et literis et ipsius cause meritis et hincinde allegacionibus, matura cum deliberacione ponderatis et revisis proposicionibus, allegacionibus et excepcionibus partibus predictis videlicet Anthonio actore et Ursula rea coram nobis stantibus sentenciam [illegible] huiusmodi diffinitivam fieri petentibus, de consilio Iurisperitorum inter ipsas partes pronunciavimus, declaravimus, diffiniendo sentenciam tulimus in hunc modum: Ergo Anthonius per tutorem suum Swaszek secundum librum scabinorum Iudicii Banniti bona hereditaria videlicet domum penes pretorium in circulo post patruum suum dominum Iohannem prepositum hospitalis in Wyeliczka siti in ipsa domina Ursula Banklowa, quod vigore cuiusdam inscripcionis Iure Maydeburgensi volebat, petebat et querebat lucrari als poszyskacz. Que inscripcio [illegible] diffiniendo decernimus et sentenciamus, quod prefata inscripcio libri scabinorum, qua ipse Anthonius sepefata bona hereditaria videlicet domum in ipsa Ursula Banklowa Iure Maydeburgensi obtinere petebat et lucrari, facta fuerat patruo suo per Nicolaum Strzithmyczky [illegible] recognoverunt, quod dominus Iohannes prepositus hospitalis Nobili domino Nicolao Strzithmyczky in septuaginta marcis pro domo penes pretorium satisfecit, easdem reddendo et restituendo, ad quam inscripcionem trahi volebat, dicit sic et sonat, quod domini scabini coram Iudicio bannito recognoscit absque et sine Iudicio bannito domino preposito hospitalis resignacionem domus penes pretorium fecit. Que domus ipsi Nobili Nicolao Strzithmyczky per dominum Nicolaum Seraphin zupparium aut aliquem suum tutorem aut per quempiam, prout liber scabinorum recognoscit, nunquam fuit sibi resignata. Ex tunc dicta inscripcio, qua ipse Anthonius post patruum suum dicebat se propinquitatem habere ad ipsam domum, non habet robur vigorem neque aliquam potestatem. Sed inscripcionem coram Iudicio bannito recognitam et factam, quam Magnificus dominus Nicolaus Seraphin Gladifer Cracoviensis et utriusque salis zupparius coram ipsis dominis Consulibus ultimo disposuerat et ordinaverat per dominos Consules pro tunc presidentis et sessi Consulatus, Iohanni Bankel in certa pecuniarum summa intromissionem dedit, prout et hoc litera domini Nicolai Seraphin sub titulo et sigillo suo appenso eiusdem affirmat et certificat, et cum inscripcione libri scabinorum [illegible] per ipsam Ursulam producta se concordat, ipsam inscripcionem sentencia nostri Iudicii Banniti confirmamus, approbamus, ratificamus, gratificamus in omnibus punctis, clausulis per presentes perpetuum habere et obtinere robur vigorem et potestatem. Et etiam insuper litera presidentis et sessi Consulatus in Iudicium Bannitum per eandem Ursulam partem ream data et portata testificat et testatur quod tamquam patrui ipsius Anthonii videlicet domini Iohannis prepositi dicta bona hereditaria fuerunt, sed dicta litera testatur quod fuerunt bona patrimonialia ipsius domini Nicolai Seraphin ipsi ex successione paterna spectancia et pertinencia. Et sic Nos decernimus, declaramus et sentenciamus vigore inscripcionum in libro scabinorum contentarum et vigore literarum Magnifici domini Nicolai Seraphin Gladiferi Cracoviensis utriusque salis zuppar[ii] et dominorum Consulum Civitatis Wieliczensis ipsi Anthonio causam suam pro domo penes pretorium perdidisse et perpetue amisisse, sed quod in dicta causa silencium imponentes. Et ipsam domum penes pretorium Ursule Banklowa perpetue et in evum habendi, tenendi, possidendi, uti fruendi, donandi, dandi, alienandi, vendendi et in vsus proprios prout sibi et suis successoribus utilius videbitur expedire [illegible]. Post quarumquidam sentenciarum pronunciacionem Swaszek tutor Anthonii actoris dixit: Domine advocate et domini scabini, sentenciam non suscipimus pro Iure, sed petimus ad Ius supremum, ponimus benivolam. Et Mathias Maszynk tutor partis ree dixit: Domine advocate et domini scabini, Ergo hic est Civitas murata et pars non est persona mulieribus sexus, sed est vir et masculus, nec est persona spiritualis sive clericus. Interrogo in Iure an et si debet peticionem ad Ius supremum ponere benivolam, vel debet sentenciam nostram infirmare et infirmatam meliorare iuxta formam Iuris Maydeburgensis. Et ipse Anthonius et tutor eius primo, secundo, tercio et quarto per nos interrogatus si sentenciam suscipit pro Iure vel non, si non, durante audiencia et Iudicio fac tibi Iuris formam, dixit, et quamdiu Iudicium sedet. Respondit actor per tutorem: Sentenciam non suscipimus pro Iure. Domine advocate et domini, petimus ad Ius supremum benivolam. Et Mathia ex adverso tutore partis ree ut prius interrogante: Ergo pars non est mulier nec clericus, queso domine advocate, an debet peticionem benivolam ad Ius supremum ponere vel facere sibi debet iuxta formam Iuris Maydeburgensis. Sentenciavimus: Ergo actor non est mulieribus sexus neque clericus, sed est vir et masculus, tunc sentenciam nostram debet infirmare et infirmatam meliorare, et non debet peticionem benivolam ad Ius supremum ponere. Et super hoc Mathias Maszynk tutor partis ree posuit memoriale als Gedenkzettel. Relinquit. Et post hoc ipse Anthonius actor cum suo tutore Swaszek a Iudicio bannito non faciens sibi nullam ordinacionem et ordinem als vrzadu, dimittens formam Iuris neque habendo aliquam admitucionem, et a Iure evasit et recessit, evaserunt et recesserunt. Demumque eadem domina Ursula Banklowa pars rea cum suo tutore Mathia Maszynk proxime Iudicio bannito per nos et scabinos feria secunda proxima infra octavas Corporis Christi celebrato veniens et comparens coram eodem Iudicio interrogavit in Iure per suum tutorem dicens: Domine advocate et domini scabini, Ergo [illegible] mediante Iusticia bona hereditaria, hoc est domum penes pretorium in circulo domine Ursule Banklowa decrevit et adiudicavit. Queso in Iure an sentencie et [illegible] per vos promulgata in priori Iudicio lata et edita, quibus domum domine Ursule decrevistis et adiudicastis, habent perpetuum robur vigorem et potestatem. Nos quoque sentenciavimus: sentencias quas tulimus, sentenciam et sentencias per nos inter Anthonium ex vna actorem et Ursulam Banklowa parte ab altera ream in Iudicio priori editas, pronunciatas et latas, nihil addendo nec minuendo, confirmamus, ratificamus, approbamus, gratificamus, robur habere perpetue firmitatis per presentes. In cuius rei testimonium sigillum Civitatis nostre presentibus est subappensum. Actum et datum in Wyeliczka feria secunda proxima infra octavas Corporis Christi ex Iudicio bannito Anno domini Millesimo quadringentesimo sexa[gesimo] [illegible]

Nos felix advocatus, necnon septem Scabini [illegible] Stepan, Stanislao pistore, Alberto Subasz, Mathia Stigario, Gregorio Carnifice, Cristoforo alias Crzistan Sartore, et Petro Pyerzynmutha, Civitatis Wyelicza. Tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris deducentes
ad noticiam. Recognoscimus. Quomodo feria secunda proxima post festum sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum, Judicio Bannito et legali per nos habito et celebrato, Cui in loco consueto secundum consuetudinem, pro iusticia universis facienda et reddenda, iuxta formam Jurismeidburgensis iusticia
presidebamus. Coram quo Judicio partes infra descripte videlicet Anthonius [illegible], actor, et honesta domina Vrsula relicta olim bone et dive memorie Johannis Bankel, Rea, parte ab altera, per ipsum Anthonium legittime citata et vocata, comparentes. Tunc ipse Anthonius actor per
Tutorem suum Swaszek, querela et proposicione sua in et contra honestam Vrsulam Johannis Bankel relictam, partem ream, proposuit in hec verba dicens: Domine Advocate et domini Scabini, propono quod domina Vrsula Banklowa bona hereditaria videlicet domum ipsius Anthonii penes
pretorium iacentem, ex una et penes domum domine Dorothee Strzithmyczka tenet et possidet contra deum et iusticiam. Que domus in eum Anthonium post patruum suum dominum Johannem prepositum hospitalis Ecclesie Sancte Crucis in Wyelyczka dicte, spectat et pertinet tamquam
ad propinquiorem, secundum librum et inscripcionem actorum dominorum Scabinorum. Atque pro isto me refero et traho ad librum vestri Judicii Banniti. Super quam proposicionem Anthonii actoris, Mathias Maszink tutor domine Banklowa partis ree, stans et intendens, ab ipso actore
affectavit et postulavit satisdacionem alias [illegible], quam satisdacionem ipse Anthonius actor per se fecit. Super quam satisdacionem, Mathias Maszink tutor dicte domine Vrsule Banklowa memoriale alias Zepselynk posuit. Respondendo ad proposicionem, Mathias Maszink tutor Vrsule
Banklowa partis adverse et ree respondit, dicens: Domine Advocate et domini Scabini, domina mea Vrsula Banklowa, domum suam penes pretorium iacentem, ex una et domum domine Strzithmyczka parte ab altera, post maritum suum, dominum Johannem Bankel, tenet et
possidet. Quam domum Magnificus dominus Nicolaus Seraphin Bladifer terre Cracoviensis, ac utriusque Salis Zupparius, domine et marito suo in certa pecuniarum summa inscripsit, obligavit et commisit, et in eandem domum intromissionem dedit. Et pro isto domina
mea Vrsula se refert et trahit ad librum Scabinorum vestri Judicii Banniti. Et ulterius domine Advocate et domini Scabini, ultra hec ex superhabundanti, vestri in Judicium Bannitum produco, pono et do iudicialiter literam olim Magnifici domini Nicolai Seraphin
Bladiferi terre Cracoviensis et utriusque Salis Zupparii, in pargameno scriptam, sub titulo et sigillo suo subappenso. Que litera concordat se cum notis, inscripcionibus et libro Scabinorum, et eciam in se dicta litera plenius et clarius summam pecuniarum continet, nominat, explicat
et notificat. In qua summa pecuniarum dicta domus penes pretorium iacens marito suo Johanni Bankel est inscripta, obligata et per sepefatum dominum Magnificum Nicolaum Seraphin data. Etiam domine advocate et domini Scabini, vestri in Judicium Bannitum
literam dominorum Consulum presidentis et Sessi Consulatus Civitatis Wyelyczka, produco, do et pono, que testificatur et testatur, quomodo dicta domus penes pretorium fuit domini Johannis prepositi, patrui ipsius Anthonii, sed spectat et spectabat, pertinebat quod ad
magnificum dominum Nicolaum Seraphin successione paterna, ad quam litteras domine advocate et domini Scabini me refero et traho. Post cuiusmodi responsionis tenorem, Stans Swaszek tutor sepefati Anthonii actoris, postulavit, asserens et dicens: Domine advocate et domini
Scabini, postulamus et affectamus alias zadamy, quod liber dominorum Scabinorum vestri Judicii Banniti nobis aperiatur et inscripcio pro parte mea tenens legatur. Etiam Mathia Maszink ipsius domine Banklowa tutore hincinde ex adverso petente et affectante, ut liber dominorum Sca-
binorum, etiam eis aperiatur et inscripcio in libro contenta, et litere in Judicium Bannitum per ipsam partem ream producte, date et posite pro ipsa parte rea tenentes legi demandentur et committentur. Nos itaque attendentes quod iusta petentibus assensus non est denegandus, Eapropter
proposicionibus, Responsionibus et allegacionibus partium predictarum hincinde Judicialiter per eos factis et obiectis auditis, ad instanciam predictarum partium omnes notas, inscripciones in actis et libro Scabinorum Judicii Banniti contentas et contenta necnon litteras et munimenta
Magnifici domini Nicolai Seraphin Bladiferi terre Cracoviensis, ac utriusque Salis Zuppar, et dominorum Consulum Wyeliczensium, per ipsam Banklowa partem ream productas, datas et in Judicio Bannito oblatas, legi voce intelligibili alta et sonorosa fecimus et mandavimus.
Et primo Notam et inscripcionem ipsius Anthonii actoris, qua inscripcione dictus Anthonius allegabat et dicebat post patruum suum dominum Johannem prepositum hospitalis in Wyeliczka, ad dictam domum penes pretorium in Circulo iacentem, propinquitatem se habere, legi iussimus.
Cuius tenor sequitur in hunc modum: Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Tercio feria secunda proxima post conductum Pasce, Judicium Bannitum per Paulum pistorem tunc advocatum et Juratos, Nicolaum Kotisicem, Benedictum Smalerzik, Mathiam
Sartorem, Mathiam Soltisz, Nicolaum Czayka, Johannem Closzo, Nicolaum Fiolek, fuit legittime celebratum. Mathias Sartor, Mathias Szoltisz et Fiolek, Jurati et Scabini, Recognoverunt personaliter coram Judicio. Quomodo dominus Johannes prepositus de hospitali Ecclesie
Sancte Crucis in Wieliczka dicte, cum effectu et realiter satisfecit, in septuaginta marcis, coram advocato, et easdem septuaginta marcas reddidit Nicolao Strzithmyczky, pro domo sita penes pretorium, et una et inter domum Przeloszowycz. Et idem Nicolaus Strzithmyczky eandem
domum predicto domino Johanni et eius successoribus libere et benivole, non compulsus nec coactus, Resignavit et commisit perpetue et libere possidendam, habendam, tenendam et in usus suos convertendam. Post cuiusmodi inscripcionis ipsius Anthonii pronunciacionem, Etiam inscripcionem ipsius Banklowa
partis ree iussimus promulgari. Cuius tenor talis est: [illegible] domini infra scripti Consules coram Judicio Bannito recognoverunt, videlicet dominus Paulus Snopek, Nicolaus Woda, Nicolaus [illegible] et Paulus Pensator. Coram Scabinis et advocato Recognoverunt. Quod dominus
Nicolaus Seraphin Zupparius utriusque Salis, Recognovit. Quomodo domum suam sitam penes pretorium Nobili domino Nicolao Strzithmyczky pro septuaginta marcis vendiderat et nullam Resignacionem sibi fecit, quas septuaginta marcas vice versa predicto domino
Nicolao Strzithmyczky per officialem suum videlicet dominum Johannem prepositum Ecclesie hospitalis protunc vice zupparii sibi ex adverso restituit, et nullam inscripcionem a modo alteri fecit, nec prefato Nicolao Strzithmyczky, et tunc hoc in domum suam commisit introligacionem
Johanni Bankel. Sequitur quod tenor litterarum per ipsam partem ream iudicialiter productarum. Et primo tenor litere Magnifici domini Nicolai Seraphin est talis: Nos Nicolaus Seraphin Bladifer Cracoviensis Salis utriusque Zuppar, Recognoscimus tenore presencium. Quomodo
visa fidelitate et constancia ac benivolencia Nobilis Johannis Bankel, servitoris nostri, Stigarii Wyeliczensis, ac etiam suorum beneficiorum quibus Nobis complacuit et nunc complaceat, pro nobis nonnullis hominibus certas summas pecunie fideiubendo et singulariter domino Johanni Morsztyn
Civi Cracoviensi Mille Quadringentos florenos Ungaricales et quamplurimis aliis hominibus, De quorum quidem ipse non solucione predictus Johannes Bankel dampna non modica suscepit et passus est. Quare propter huiusmodi suam fidelitatem et dampna, que pro nobis susti-
nuit et nunc sustinet, domum nostram in Wielyczka in Circulo penes pretorium in sexaginta marcis communis pecunie obligavimus et inscribimus, omnes et singulos successores nostros ab eadem domo alienando. Prout etiam coram Consulibus in libro Civitatis Wyelicensis fecimus, ad
eandem domum intromissionem dedimus et assignavimus, et damus per presentes et assignamus. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subimpressum. Datum in Wyelyczka feria sexta post Purificacionis Marie virginis gloriose Anno domini Millesimo
Quadringentesimo quinquagesimo quarto. Demum et postremo tenor littere Consulum est talis: Nos Consules Civitatis Wyeliczensis tenore presencium quibus expedit universis et singulis, signanter prudentibus viris domino advocato et Juratis Jurissupremi Meydeburgensis Castri Cracoviensis
Recognoscimus. Quomodo Anthonius pellifex coram nobis et Judicio nostro Bannito actor existens per tutorem suum legittime factum, ordinatum, ad hoc et constitutum in et contra honestam dominam Vrsulam relictam olim Bankel, notificacionem seu manifestacionem alias szwyaczenye
fecit, asserens et dicens quod in dicta domina bona hereditaria ut domum penes pretorium iacentem, post patruum suum dominum Johannem prepositum hospitalis in Wyeliczka dicte Crucis, Jure acquirere debeo et pro iste arte volo. Que bona hereditaria nunquam dicti domini
Johannis fuerunt, sed semper Magnifici domini Nicolai Seraphin utriusque Salis Zuppar, ex successione propria ad ipsum spectabant et pertinebant et fuerunt. Que expost ipse dominus Seraphin ipsi Johanni Bankel intromissionem commisit et in eandem domum intromissionem
dedit alias wwyazanye dal, tamquam in bona propria et bona patrimonialia prout ex actis liquet. Ex Wyelyczka feria quarta proxima post conductum pasce anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Tercio vestre Civitatis sub Sigillo. Post quarumquidem
inscripcionum et literarum ipsarum partium ambarum coram nobis factam promulgacionem, pronunciacionem et exposicionem, Mathias Maszink tutor domine Vrsule Banklowa partis ree, stans, dixit asserens: Domine advocate et domini Scabini, pono Memoriale alias Zepselynk.
Super hoc quod inscripcio qua ipse Anthonius ad domum penes pretorium in Circulo se dicebat habere propinquitatem dicit et explicat quod solum tres Scabini seu Jurati Mathias Sartor, Mathias Soltisz et Nicolaus Fiolek coram advocato et Judicio Bannito Recognoverunt.
Quod dominus Johannes prepositus hospitalis coram eis septuaginta marcas Nobili domino Nicolao Strzithmyczky pro domo penes pretorium reddidit et restituit. Et eandem domum sibi domino preposito resignavit, ut liber Scabinorum dicit et recognoscit. Et dicta domus
Prout inscripcio libri Scabinorum sequens, pro ipsa Vrsula parte rea tenens et faciens, notificat et dicit. Et dicta domus penes pretorium ipsi Nobili domino Nicolao Strzithmyczky per dominum Seraphin zupparium aut aliquem tutorem suum aut per quempiam nunquam
fuit sibi resignata. Tunc domine advocate et domini Scabini, quero et interrogo in Jure an ista inscripcio ipsius Anthonii qua ad domum post patruum suum dominum prepositum penes pretorium in Circulo dicebat se habere propinquitatem habet robur vigorem et aliquam
potestatem, Aut si tamen causam suam ipse Anthonius amisit et perpetue perdidit. Et domina mea Vrsula se est tuitata alias obronila. Quero in Jure quid Juris sit. Nos quod ambarum partium visis et diligenter consideratis inscripcionibus et literis et ipsius cause meri-
tis et hincinde allegacionibus, matura cum deliberacione ponderatis et recensitis proposicionibus, allegacionibus et exceptionibus partibus predictis videlicet Anthonio actore et Vrsula rea coram nobis stantibus, sentenciam quod quidem huiusmodi diffinitivam fieri petentibus
De Consilio Jurisperitorum, Inter ipsas partes pronunciavimus, declaravimus, diffiniendo sentenciam tulimus in hunc modum: Quod Anthonius per tutorem suum Swaszek secundum librum Scabinorum Judicii Banniti bona hereditaria videlicet domum
penes pretorium in Circulo, post patruum suum dominum Johannem prepositum hospitalis in Wyelyczka siti, in ipsa domina Vrsula Banklowa vigore cuiusdam inscripcionis Jure Maydeburgensi volebat, petebat et querebat lucrari alias wyszukacz. Que inscripcio
facta fuerat patruo suo per Nicolaum Strzithmyczky, diffiniendo decernimus et sentenciamus. Et prefata inscripcio libri Scabinorum qua ipse Anthonius sepefata bona hereditaria videlicet domum in ipsa Vrsula Banklowa Jure Maydeburgensi obtinere petebat et lu-
crari volebat, dicit sic et sonat, quod domini Scabini coram Judicio Bannito Recognoverunt. Quod dominus Johannes prepositus hospitalis Nobili domino Nicolao Strzithmyczky in septuaginta marcis pro domo penes pretorium satisfecit, easque reddendo et restituendo
et idem Nobilis dominus Nicolaus Strzithmyczky, prout liber Scabinorum recognoscit, absque et sine Judicio Bannito domino preposito hospitalis resignacionem domus penes pretorium fecit. Que domus ipsi Nobili Nicolao Strzithmyczky per dominum Nicolaum
Seraphin Zupparium aut aliquem suum tutorem aut per quempiam nunquam fuit sibi resignata. Et nunc dicta inscripcio qua ipse Anthonius post patruum suum dicebat se propinquitatem habere, ad ipsam domum non habet robur vigorem neque aliquam potestatem. Sed inscripcionem
quam Magnificus dominus Nicolaus Seraphin Bladifer Cracoviensis et utriusque Salis Zupparius coram ipsis dominis Consulibus ultimo disposuerat et ordinaverat
per dominos Consules protunc presidentes et sessi Consulatus, Johanni Bankel in certa pecuniarum summa intromissionem dedit, prout et hoc litera domini Nicolai Seraphin sub titulo et sigillo sub appenso suo eorundem affirmat et testificat, et cum inscripcione libri Scabinorum
Qua inscripcio in eadem domum penes pretorium per ipsam Vrsulam producta se concordat, ipsam inscripcionem sentencia nostri Judicii Banniti confirmamus approbamus ratificamus gratificamus in omnibus punctis clausulis per presentes perpetuum habere et
obtinere robur vigorem et potestatem. Et etiam insuper litera presidentis et sessi Consulatus, in Judicium Bannitum per eandem Vrsulam partem ream data et portata, testificat et testatur, Quod nunquam patrui ipsius Anthonii videlicet domini Johannis prepositi
dicta bona hereditaria fuerunt, Sed dicta litera testatur quod fuerunt bona patrimonialia ipsius domini Nicolai Seraphin ipsi ex successione paterna spectancia et pertinencia. Et sic Nos decernimus declaramus et sentenciamus vigore inscripcionum in libro Scabinorum
contentarum, et vigore literarum Magnifici domini Nicolai Seraphin Bladiferi Cracoviensis utriusque Salis Zuppar, et dominorum Consulum Civitatis Wyeliczensis ipsum Anthonium causam suam pro domo penes pretorium perdidisse et perpetue amisisse, sibi quod in dicta
causa silencium imponentes. Et ipsam domum penes pretorium Vrsule Banklowa perpetue et in evum habendam, tenendam, possidendam, uti fruendi, donandi, vendendi, alienandi et in usus proprios prout sibi et suis successoribus utilius videbitur expedire
[illegible]. Post quarumquidem sentenciarum pronunciacionem, Swaszek tutor Anthonii actoris, stans, dixit: Domine advocate et domini Scabini, Sentenciam non sustinemus pro iure, Sed permittam ad Jurissupremum ponimus benivolam. Et Mathias Maszink tutor partis
ree dixit: Domine advocate et domini Scabini, Ergo hic est Civitas murata et pars non est persona muliebris sexus, sed est vir et Masculus, Nec est persona spiritualis sive Clericus. Interrogo in Jure an et si debet permittam ad Jurissupremum ponere
benivolam, vel debet sentenciam vestram infirmare et infirmatam meliorare iuxta formam Jurismeidburgensem. Et ipse Anthonius et tutor eius primo, secundo, tercio et quarto per nos interrogatus si sentenciam suscipit pro Jure vel non
Si non, durante audiencia et Judicio fac tibi Jus formam Juris. Et quamdiu Judicium sedet, Respondit actor per tutorem, Sumam non sustinemus pro Jure. Domine advocate et domini, permittam ad Jurissupremum benivolam. Et Mathia ex
adverso tutor partis ree, ut primus Interrogante, Ergo pars non est mulier nec Clericus, quero domine advocate an debet permittam benivolam ad Jurissupremum ponere vel facere sibi debet iuxta formam Jurismaydeburgensem. Sentenciamus, Ergo actor non
est muliebris sexus nec Clericus, sed est vir et Masculus, tunc sentenciam vestram debet infirmare et infirmatam meliorare, et non debet permittam benivolam ad Jurissupremum ponere. Et super hoc Mathias Maszink tutor partis ree posuit memoriale alias Zep-
selynk. Et post hoc ipse Anthonius actor cum suo tutore Swaszek a Judicio Bannito, non faciens sibi nullam ordinacionem et ordinamentem alias vrzado, admittere forma Juris, neque habendo quamvis aliquam admittere, et a Jure evasit et recessit, evaserunt et recesserunt
Deinde eadem domina Vrsula Banklowa pars rea cum suo tutore Mathia Maszink, proxime Judicio Bannito per nos et Scabinos feria secunda proxima infra octavas Corporis Christi celebrato, veniens et comparens coram eodem Judicio, interrogavit in
Jure per suum tutorem, dicens: Domine advocate et domini Scabini, Ergo Deus et Jus vestra mediante Justicia bona hereditaria hoc est domum penes pretorium in Circulo domine Vrsule Banklowa decrevit et adiudicavit. Quero in Jure an sentencie
et [illegible] per vos promulgata in priori Judicio lata et edita, quibus domum domine Vrsule decrevistis et adiudicastis, habent perpetuum robur vigorem et potestatem. Nos quod sentenciavimus, sentenciam quod tulimus, sentenciam et sentencias per nos
inter Anthonium ex una actorem et Vrsula Banklowa parte ab altera ream, in Judicio priori editas, pronunciatas et latas, nichil addendo vel minuendo, confirmamus, ratificamus, approbamus, gratificamus, robur habere perpetue firmitatis per presentes
In cuius rei testimonium Sigillum Civitatis Nostre presentibus est subappensum. Actum et Datum in Wyelyczka feria secunda proxima infra octavas Corporis Christi Ex Judicio Bannito Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexa-
gesimo Tercio

N 34

Habet in dona
Fol 58 et [illegible]

[illegible]

[illegible]

Nº 27. [illegible]

Aº 1463.

Nº 11